ſcard. de probat. concl.1046. vbi latè quando inimicus ſit re-
pellēdus à teſtimonio in cauſa inimici, & ex pluribus conie-
cturis, quis probatur inimicus, vt per eundem Maſcard. de
probat. concluſ.898. per Viu. opinio.978. & Menoch. de arbit.
iudic. caſu 110.

Item adde, quòd inimicus non facit indicium, nec eius con-
14 ſanguineus † ex linea aſcendenti, & deſcendenti, ſecus ve-
ro ex linea tranſuerſali, quo caſu non poſſunt repulſari, Grā-
mat. deciſ.34. num.20. ſed Botta. in conſ.2. num.13. cum ſeq.
tenet, quòd nedum inimicus capitalis repellendus eſt, ſed
15 etiam eius attinentes, † & conſanguinei vſque ad quartum
gradum affinium, & ibi etiam num. 16. dicit, quòd appella-
16 tione conſanguinitatis venit amicus intimus, † Neuiz. in
conſil.67. numer.14. & Nat. conſil.65. numer.14. & ad hanc
quæſtionem, quòd inimicus reppellatur à teſtimonio in cau-
ſis criminalibus, vide etiam Menoch. de arbitr. q.28. numer.6
17 cum ſequen. & ibi latè † de inimico præſumpto, & reconci-
liato, & caſu 262 num.3. & in lib.1. de præſump. q.89. nu.55.
& Maſcard. de probat. concluſ.898. num.12. vol.2. adeò vt nō
faciat indicium, aut præſumptionem aliquam, Farin. q. 73.
numer.12.

18 Item adde, quòd inimici † non ſunt admittendi etiam cum
tortura, vt per Gramm. conſil.38. num.11. & 12. & conſ. 45.
num.17. Bertaz. in conſ.8. num.44. & Boſſ. in tit. de inquiſit.
num.52. circa medium, & ibi num.53. dicit, quod nec in arti-
19 culo † inimico creditur, nec ſuſcepto corpore Chriſti etiam,
quod laboraret in extremis, Mar. in l.1. §. præterea ff. de quę-
ſtio. & Bertrand. conſ.131. num.9. uol.2. conſil.15. numer.5.
conſ.21. num.3 uol.3.

20 Item adde, quòd inimicitia † inter iudicem, & reum con-
trahitur nedum ex tortura, ſed etiam ex carceratione, & ideò
21 contra officialem examinari non poteſt, Gram. † in conſ.46.
de hoc vide etiam Maſcard. de probat. concl.899. numer.22.
& Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt 42. num.17.

Item adde, quod carceratus in uinculis publicis pro crimi-
ne, quod per ſententiam infamat, repellitur teſtimonio ne-
dum contra officialem, ſed etiam contra alios 4. quæſt. 4. §.
item leg. Iulia, iuncta Gloſ. ſuper verſic in uinculis ad idem
tex. in l.3 §. lex Iulia, ff. de teſti. vbi Gloſ. dicit, quod iſti uincu-
lati repelluntur, vel propter notam uitæ, licet non ſint infa-
mes, uel quia præſumitur, quod falſum teſtimonium pro ali-
quo dicerent, qui eis ſe eos vinculis liberaturos promitteret,
idem Specul. de teſt. §.1. uerſicul. item qui accuſatus, contra
quem inducit, & Aufrer. de reprob. teſt. numer.15. Farinac.
quæſt.56. num 180. quòd non procedit, ſi carceratus fuerit
pro crimine, quod non infamat, num.181. quia licet non ad-
mittatur, & faciat plenam fidem, plures tamen carcerati fa-
ciunt bonum indicium ad torturam numer.182. in teſtamen-
to ad pias cauſas adhiberi teſtes poſſunt carcerati numer.185.
Item ſi criminis ſuſpicione carent numer. 184. & liberatus
teſtificari poteſt de his, quæ carceratus vidit, vel audiuit
numer.183.

22 Item adde, quòd licet † inimici non faciant indicium ad
torturam, tamen faciunt quale quale indicium, vt dicit Gloſ.
in capit. cum ideſt, extra de ſent. & re iud. Pariſ. de ſyndic.
in verb. tortura, §. an teſtes reprobari, Marſil. ſingul.158. te-
23 ſtis qui non debet, in principio, & quid † importat hoc quale
quale, vidi Bald. in leg. ſi duo patroni in princip. de iureiuran.
& Felyn. in capitul. cum dilecti column. penult. in fine de
accuſat.

24 Item adde, quod † depoſitiones inimicorum capitalium
deponentium de viſu, iunctæ cum alijs adminiculis, facerent
indicium ad torturam, in caſu, in quò conſuluit Roman.
conſ.451. cum ibi allegatis, & maximè ſi iſti teſtes inimici eſ-
ſent bonæ uitæ, & famæ, per ea quæ dicit Bart. in l. deſerto-
rem, § ſed ſi ex improuiſo ff. de re milit.

25 Item adde, quod quando Iudex † vult examinare teſtem
inimicum, ſi fiat proteſtatio, quòd non debet examinari,
quia eſt ſuus inimicus capitalis, & offerat in promptu proba-
tiones, impeditur examen, & debet iudex ſummatim de ini-
micitia cognoſcere, ſecundum Bar. & Marſil. in l.1. §. ſi quis
dicatur ff. de quæſt. & habetur per Grammat deciſ. 34. nu-
mer.47. allegatum per Foller. in pract. crim. in verb. capiat in-
formationem numer. 38. iſta enim exceptio non reſeruatur
tempore publicationis, vt per Menoch. de arbitr. iud. caſ.239
numer.7. & 8.

26 Item adde, † quòd etiam Princeps non poteſt facere, quòd
inimici teſtes recipiantur, Pariſ. conſ.2. num 64. vol.4. Me-
noch. de arbitr. iud. q.28. num.4.

Item adde Menoch. de arbitr. iud. d. q.28. vbi habetur, quod
nedum hoc procedit in inimico vero, quòd repellatur à teſti-
27 monio, verum etiam in præſumpto, † & in inimico, cuius
inimicitia non eſt publica, ſed ignoratur, & etiam in inimi-
co reconciliato, & etiam in inimico ſi ex cauſa minus proba-
28 bili † ipſa inimicitia prouenit, & illud quod dicitur de inimi-
29 co reconciliato, † intelligitur de eo, qui de recenti fuit recon-
ciliatus, vt per Alc. in tract. de præſumpt. præſumpt.11. Ti-
raq. in tract. de cauſ. limit.19. numer.7. Cou pract. quæſt. cap.
18. num.3. Blanc. de indic. num. 137. vbi plenè.

30 Item adde, quòd qui aſſerit † non diligere partem, tacitè
& indirectè videtur aſſerere ſe eſſe inimicum partis. Steph.
Aufr. in tract. de reprob. teſti numer.49. Maſcard. de probat.
concl.898. numer.40 & Decian. in tract. ſuo crimin. lib. 3.
cap.25. num.70. part.1.

31 Item adde, † ex quibus cauſis oriatur capitalis inimicitia
ad hoc, vt quis ratione inimicitiæ repellatur à teſtimonio
Giga in tract. de crim. læſæ maieſtatis lib. 2. tit. quomodo &
per quos quæſt. 2 per totam vbi poſuit circa viginti cauſas, &
plenè de hac materia tractauit: & contrahitur etiam inimici-
tia capitalis ex verbis altercatorijs iniurioſis, & minatorijs ſe-
cundum Marſ. in conſil.2. numer.12. Roland. in conſil.24 nu-
mer.38. concludens talem teſtem repelli poſſe, & Rimin. iun.
in conſil. 211. numer. 42. & dicit Iaſ. in l. procurator, Cod.
de procurat. in fine, hoc eſſe notandum, quia quilibet dice-
ret contrarium.

32 Item adde, † quòd admittitur inimicus, ſi pari inimicitia
vtriuſque partis ſit inimicus, Marſ. in l.1. cum duos latrones,
num.12. ff. de quæſt.

33 Item adde, quod vbi inimicitia † non ſit capitalis, uel ma-
gna, inimicus admittitur, ſed ita, vt ipſi teſti minus ſidei adhi-
beatur, & non faciat ſemiplenam probationem, Crau. conſ.
6. num.32. Corrad. in pract. crim. lib.1. c.9 num.65. circa me-
dium. Sed Abbas in c. inquiſitionis. §. tertij. num.11. dicit, quod
relinquitur arbitrio iudicantis, & Gram. deciſ. 34. num. 28.
ubi dicit relinqui arbitrio iudicis, an ex dicto inimici non ca-
pitalis reſultet indicium ad torturam.

34 Item adde, quòd † cohabitans, & conuerſans cum inimico
meo, non poteſt eſſe teſtis, ſi conuerſatio ſit ſtricta, & lon-
ga, vt per Blanc. in tract. de indic. nu.164. vbi plenè, & quan-
35 do dicatur parua, † vel magna inimicitia, & conuerſatio,
relinquitur arbitrio iudicis, Felin. in c.1. & c. quoties de teſtib.
Alexand. conſ.78. numer.7 uol.1. & Iaſ. in l. admonendi nu.
179. de iureiur. Corrad. in pract. crim. lib.1. cap.9. num.64. &
Menoch. de arbitr. caſ.110.

36 Item adde, quòd teſtis inimicus † capitalis repellitur etiam
ſi inimicitia prouenerit culpa eius, contra quem producitur,
37 dummodo † id non fecerit ſtudioſè, & data opera, ut ipſum
teſtem excludere poſſet, Gomeſ. de delict. cap.12. num.14. &
uide infra num 40.

38 Item adde, quòd teſtis † non poteſt accuſari ab eo, contra
quem fuit examinatus, ut tanquam ſocius criminis repella-
tur, Bart. in l.1. §. cum quis de quęſt. in l. quoniam C. de teſtib.
& Bald. in auth. ſi quando eod.

39 Item adde, quòd † Iudex ex officio non poteſt repellere
teſtes inimicos, licet in proceſſu conſtet de inimicitia, quia
pars uidetur tacitè eos admittere, Ant. de Buir. in capit. cum
dilectus, il 2. de conſuetud. numer.33. & ibi Imo. numer. 34.
Alexand. vbi hoc reputat ſingulare, & valde utile in practica
in l. 4. §. hoc autem iudicium numer. 29. ff. de damn. infect.
Felin. in cap. intimauit de teſtib. num.10. & Gomeſ. tit. de de-
lict. cap.12. num.22.

40 Item adde, † quòd teſtis, quem ego ſtudioſè percuſſi, vt
eum excludere poſſem, non repellitur teſtimonio. Bart. in l.1.
§. cum quis ff. de quæſt. Bald in auth. ſi dicatur uerſicul. modo
quæritur, C. de teſtibus. vbi aſſignat rationē, ne mea calumnia
mihi proſit, & Dec. in conſ. 163. col.7. in princ.

1 Item adde † quòd ad repellendum teſtem, non ſufficit al-
legare inimicitiam in genere, ſed oportet eam probare in ſpe-
cie, ſcilicet, quòd eſt grauiſſima, ſiue grauis, & cauſa dictæ
inimicitiæ, & probatio debet eſſe euidens, & manifeſta, Grā-
mat. deciſ. 34 num.24. & deciſ.86. numer.6. alias ſic in gene-
re probata non ſufficeret,
Bald. in cap. conſtitutus
de reſcript. & Carau. in
ritu 73. num.8.

42 Item adde, † quod ſuf-
ficit probare cauſam ini-
micitiæ, & quod per par-
tem ignoretur, ut puta
Titius accuſauit Sempro
nium de aliquo crimine,
& licet ipſe Sempronius
neſciat ſe accuſatū à Ti-
tio, tamen non poterit eſ-
ſe teſtis contra Titium.
Vel pone. Titius adulte-
rauit uxorem Caij, hoc
tamē eſt incognitum ipſi
Caio, attamen non ob-
ſtante illa ignorātia, quia
cauſa ſubeſt inimicitiæ,
non poterit ipſe Caius te
ſtificari contra Titium,
ita exemplicando tenuit
Marſil. ſingul. 178. poſt
Bartol. Bald. & alios in l.
1. in fi. ff de his, quibus,
vt indign. Alex. conſ. 126
in fin. volum.4. Blanc. de
indic. num.160. Gramm.
vot.9. Menoch. de arbitr.
iud quæſt.28. numer.7.
& Maſcard. de probat.
concluſ.899. num.3. Sed
auertendum eſt, quòd do
ctrina Bart. in d. l. 1. non
procedit ita ſimpliciter
prout exēplificauit Marſ.
d. ſing. 178. nam ſi uere
conſtaret, quod teſtis non
habuiſſet notitiam de in-
iuria ſibi illata ab eo, cō-
tra quem deponuit, non
repelleretur à teſtimo-
nio, uti inimicus verus,
nec præſumptus quia nō
adeſſet odium, propter quòd teſtes inimici repelluntur, cum
ex odio reſultet verisimilis ſuſpicio falſitatis, vt ait Gomeſ.
de proban delict. cap 12. numer.14. hoc idem uoluit Marſil.
conſ.29. num.23. & Decian in ſuo tract. crimin. cap.25. nu.9.
lib.3. par.1. vbi multos accumulauit contrarium tenentes, ſed
ipſa doctrina procedit, quādo ſubeſt cauſa inimicitiæ, & igno-
ratur, an offenſus de offenſione notitiam habuerit, idem enim
iudicandum eſt de inimico præſumto, quòd de inimico vero,
maximè in recipiendis teſtibus, vi. per Innoc. in cap.1 de re
iudic. & Grammat conſ 45. numer. 17. & ſeq. vbi ad hoc dictā
doctrinam Bart. allegauit, & ideo teſtes repellerentur etiam
quòd ipſi atteſtarentur nullam habere inimicitiam cum eo,
contra quem deponunt, ſi tamen ſubſit cauſa inimicitiæ, vt
per Grammat. in dictis locis, Marſil. conſ.20. num.35. Alexan.
conſil 99 in princip volum.4. Blanc. in l. fin numer.160. ff. de
quæſt. & Vulpell. conſil.26. numer.2 & licet Menoch. in dict.
quæſt.28. faciat differentiam inter inimicum præſumptum, &
inimicum, cuius inimicitia ignoratur, tamen eſt idem, quia
inimicus dicitur preſumptus, quando adeſt cauſa inimicitiæ,
& neſcitur inimicitia, & inimicitia capitalis præſumptioni-
bus probatur, & Bald. in conſ 40. numer.4 volum.4. & ex fi-
43 deiuſſoribus † de non offendendo ſatis conſtare dicitur de ini-
micitia, Vulpell conſ.26 in princ.

44 Item adde, quòd † ſi teſtis tempore iuramenti erat inimi-
cus, & tempore depoſitionis amicus, vel econtra, ultima qua-
litas attenditur, Ruin. conſ.188. num.25. uol.1. *Batar.*

*eo. cap. cum oporteat, poſt nu-
mer.8. Hanc etiam atteſtatur
eſſe communem opin. Aret. in
d. cap. cum oporteat, num.19.
Leuis ergo inimicitia non re-
pelleret teſtem à teſtificando.
Et ita communiter tenetur,
vt dicit Abb. in Auth. ſi te-
ſtis, num.3. C. de teſtibus. Et
ſcias, quòd in cauſis crimina-
libus repellitur inimicus à te
ſtificando etiam in caſibus
exceptis, puta, læſæ Maieſtat.
& huiuſmodi, vt eſt tex. in
cap. per tuas, de ſimonia,
quem Doctores reputant eſſe
in hoc propoſito ſingularem,
vt dicit Marſil. conſil.65. nu-
mer. 20.* k *Quis autem dica
tur inimicus, ſtatur arbitrio
iudicis: ita dicit Ioan. Andr.
in d. cap. cum oporteat, quem
ſequuntur communiter Doct.
vt ait Marſil. in l.1. §. præte-
rea, num.53. ff. de quæſt. Pa-
riter etiam quæ dicatur ini-
micitia capitalis, vel non,
relinquitur arbitrio iudicis.
Et ita tenent omnes Doctores
& in hoc reſidlent, vt dicit
Felin in cap. repellatur,* l *nu-
mer. 3. de accuſat.*

9 *Sed* m *quid ſi ſecuta ſit re-
conciliatio, nunquid adhuc
propter priores inimicitias
erit quis a teſtificando in cau-
ſa criminali repellendus? Re-
ſpond. quòd ſic: talis enim re-
conciliatio recens, & nouiter
facta non tollit effectum prę-
cedentis inimicitiæ. Ita ſen-
tire videtur Innoc. in d. cap.
cum oporteat, num.6. quem
omnes ſequuntur, vt ait Fel.
ibi poſt nu. 10. vbi etiam nu.
12. atteſtatur hanc eſſe com-
munem opi. prout etiam atte-
ſtatur Didac. pract. q.18. nu:
3. Plotus in repet. l. ſi quando
poſt num.880. Et ideo ſecun-
dum aliquos, ad hoc vt quis
poſt reconciliationem poſſit
tanquam inimicus repelli a
teſtificando, requiritur non
modo, quòd inimicitiæ ſint
recentes, ſed etiam quòd nō-
dum ſit lapſum triduum à die
reconciliationis. Et hanc di-
cit eſſe communem opin. om-
nium Doct. Sigiſmun. conſil.
feudali 46. poſt nu. 27. Quod
ego non credo verum, ſed pu-
to relinquendum eſſe arbitrio
iudicis, qui ex circunſtantijs,
& qualitate perſonarum, &
inimicitiæ æſtimabit, an ſit
repellendus, vel non.* n *Et in
omnem caſum nunquam dice-
rem, quòd talis, qui ſemel
fuit capitalis inimicus etiam
poſt mille reconciliationes
poſſet vnquam dici integer
teſtis, vel omni exceptio-
ne maior, licet forte non
eſſet in totum à teſtificando
repellendus.*

i *Inimicus.*] Adde idem de inimico præſumpto, ut ſunt
valde amici, ſubditi aut conſanguinei inimici capitalis. Cō-
munem vide in collect.
mea commu. opin. §. Ini-
micus, vbi talis repellitur
etiam in criminib. exce-
ptis. Sed quid ſi inimici-
tia fuiſſet procurata, ſi
eſſemus in ciuilib. non eſt
dubium, quod malitia nō
debet procuranti prodeſ-
ſe. Vide per Iacobin. de
S. Georg. concord. alle-
gantem in l. conſenſiſſe,
ſed ſi agant, numer.2. ff.
de iudi. & d. l. teſtium,
numer.18 ff. de teſtibus,
& in l. non exigimus, §.
fin. numer. 5. ff. ſi quis
cautio. *Giach.*

K *Quis autē dicatur.*)
Farinac. d. q.49. uol.2. nu-
mer. 86. & 161. num. 2.
vſq. ad nu.87. *Roſ.*

l *Num.3. de accuſat.*)
Vulpel. conſil. 5. num.2.
& conſil.33. ac conſ.106.
Roſ.

m *Sed quid ſi ſequuta
ſit.*) Farin. d. q.53. nu.58.
& ſeq. *Roſ.*

Sed quid ſequuta ſit.)
Adde, videndū Maſcard.
de probatio concluſ. 899.
¶ numer. 10. ¶ Hactenus
viſum eſt inimicitiam re-
pellere à teſtimonio, mo-
do uidendum eſt amici-
tiam, nunquid & ipſa re-
pellat, & videtur, quòd
ſic per text. in l.3. ff. de te-
ſtibus, cap. ſi teſtes 4. q.3.
quam partem plures ſe-
cuti ſunt, quos refert Fa-
rinac. quæſt.55. num.232.
quam opinionem impro-
barunt, qui cenſuere ami-
cum non repelli à teſtificando, & de qua ibi num.233. tertiam
poſuere alij affirmantes non repelli, ſed integrum non eſſe
numer. 134. diſtinguunt alij maximam amicitiam à leui, vt
hæc admittatur, illa repellatur numer. 236. contra quod alij
ſenſere, quòd, & ſi maxima ſit, non repellatur, ſed tantum
diminuatur ibi numer.239. ſtari arbitrio iudicis alij dixerunt,
an amicitia repellat, an non, ibi numero 141. Sed practica
uidetur concordare cum tertia opinione ibi numero 242.
243. integrum eſt, quando de illius commodo, vel incom-
modo non agitur numero 244. ſuppletur defectus, vel nume-
ro, vel integritate aliorum numero 246. & 247. cum declara-
tione de qua ibi, non repellitur parte non opponente, nume-
ro 248. nec quando amicitia eſt pietatis, charitatiſque plena
num.249. nec quando eſt neutralis num.250.

Item admittitur, quando aliter veritas haberi non poteſt
numer. 251. & eſt probanda amicitia, & amicitiæ qualitas
numer. 253. nec erit probata, ſi dicat ſe amicum ambarum
partium numer. 254. uel ſimpliciter ſe ſe amicum num. 255.
vel ſe expoſitutum corpus pro ſeruitio producentis numero
256. poteſt tamen amicus poteſtatis, & ufficialis eſſe teſtis
in ſyndicatu pro ſuo poteſtate, & officiali quæſtio 55. nu-
mero 115.

n *Et in omnem caſum.*) Farin. q.63. nu.48. & ſeqq. *Roſ.*

7 *Sed* o *nunquid ille, qui ſemel dixit teſtimonium contra me in cauſa criminali, vel ciuili, in qua ageretur de maiori parte bonorum, poterit ad hoc eſſe teſtis contra me in alia cauſa criminali? Reſpond. Si ſponte accedat in iſta cauſa crimiuali ad teſtificandum, non poteſt examinari: ſi vero accedat ad deponendum coactus, quòd citatus, vtique debet examinari: & ita communiter tenetur, vt dicit Paris in cap. fraternitatis, num. 14. de teſtib. Hanc etiam diſtinctionem dicit eſſe communem Aret. in c. cum P. Manconella, num. 3. & ſeq. de accuſat. Sed certe in omnem caſum, talis teſtis nunquam poterit dici omni exceptione maior.*

8 *Vlterius* p *quæro, nunquid clericus poſſit teſtificari in cauſa criminali. Reſpon. quòd ſic debent tamen clerici abſtinere à teſtificando in cauſis criminalibus: in quibus ingeratur pœna ſanguinis: nam ex tali teſtificatione vbi contingat ſequi mortem, aut mẽbri mutilationem, efficitur irregulares, vt dixi ſupra lib. 2. §. Clericus. Et quid in hoc propoſito obſeruatur in Regno Neapol. vide per Carauitam ſuper Ritu 144.*

9 *Sed quid ſi clericus in actu teſtificandi proteſtetur, quòd non intendit teſtimonium perhibere ad hoc, vt reus pœna ſanguinis afficiatur: nunquid propter talem proteſtationem euadit irregularitatem? Reſpond. quòd non. Et ideo ſi reus, contra quem teſtimonium perhibuit, afficiatur pœna mortis, vel mutilationis membri, ipſe erit nihilominus irregularis. Et hæc eſt* q *communis opinion. vt ait Didac. in repetition. clem. ſi furioſus, fol. 341. verſicul. 13. his omnibus. de homicid. Vide, quæ dixi ſupra quæſt. 14. verſicul. dixi in primis.*

10 *Præterea* r *quæro, nunquid in cauſa criminali poſſit laicus contra clericum teſtificari. Reſp. quòd in cauſa criminali non admittitur in teſtem contra clericum ille, qui non eſt clericus, & tale patitur corporis vitium, quod à promotione, & ſacerdotio repella. Ita colligitur ex tex. in cap. 1. de except. ſecundum communem intellectum, vt ait Fel. in eo. cap. 1. in primis ver. & Dec. numer. 13.*

o *Sed nunquid.*] Farin. d. quæſt. 53. *Roſ.*

45 *Sed nunquid ille, qui ſemel.*] Adde, quod ille † contra quẽ deponitur, licet coactè, ſi grauatur per eius dictum, præſumitur inimicus, & non poterit eſſe teſtis contra eum, Abb. in cap. cum p. de accuſat. & Blanc. in tract. de indic. numer. 155. vbi pleniſſimè in hac materia, & quando teſtis
46 † dicatur coactè, vel ſpontè deponere. *Baiar.*

p *Vlterius quæro, nunquid clericus.*] Adde ſupra q. 14. verſ. Dixi ad fi. Hodie tamen ceſſant in clericis iſtæ difficultates, cum ipſis interdictum ſit à ſacro Conc. Trident. teſtificari, niſi cum licentia, uide Crau. conſ. 2. ſub numer. 1. Bellonum conſ. 63. nu. 17. diſtinque ut ibi, Rationem autem cur laici non teſtificant cõtra clericum uide in cap. Nullus laicos, 11. q. 1. ſunt enim clerici exoſi, ut ibidem uide in d. q. 24. verſic. propter reuerentiã ibi, ratio autem, Boſſ. de oppoſit. contra teſt. ſub num. 91. ad med. *Drog.*

Vlterius quæro.] Non tamen poteſt compelli, vt infra per eundem Clarum uerſ. ſcio tamen, & uide Carrer in praxi verbo. monacus. Iodoc. in praxi cap. 50. numer. 18. Orian. in cap. quoniam contra in uerbo. teſtes nu. 54. de probat. Guid. Pap. q 117. num. 55. *Roſ.*

Vlterius quæro nunquid clericus] Adde tradita in hac quæſtione per Giga. in tractat. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quomodo, & per quos, q. 14. & Maſcard. de probatio. concluſ. 306. & licet regulariter clericus non poſſit teſtificari in cauſa criminali ſine licentia Epiſcopi, tamen ſi de facto examinatus fuiſſet, eius depoſitio valeret, & teneret, ſecundum Carau. in ritu 144. numer. 3. vbi atteſtatur hanc opinonnem eſſe ueriorem, & Rol. conſ. 24 num. 77. vol. 1.

Item adde, quòd clericus in criminalibus poteſt examinari ad defenſam laici, ut per Fely. in cap. de cetero de teſti. & etiam ad repulſam teſtium contra eundem laicum examinatorum, puta ad probandum, quòd dicti teſtes ſunt accuſatoris conſanguinei, & ſimilia non concernentia crimen, & infamiam ipſorum teſtium, quia ſi repulſa eſſet criminoſa, & infamatoria, tunc nullatenus poſſet examinari pro laico, ita tradit Carau. in d. ritu. 144. nu. 7. & 8. & quando clericus poſſit examinari pro laico, latè per Farin. in q. 61. per totam de oppoſit. contra perſonas teſtium.

¶ Clericus n cauſa criminali contra laicum examinari non poteſt, Farin. q. 61. num 57. maximeque in crimine, pro quo laicus puniendus eſſet pœna ſanguinis num. 59. & nedũ procedit regula in Clerico in ſacris, ſed in minorib. ordinibus cõſtituto numer. 60. adeò quòd examinatus nullum facit iudicium numer. 61. examinatur tantummodo in crimine læſæ maieſtatis numer. 65. & quando numer. 67. & recenſet contradictores numer. 66. admittitur tamen quando non imponitur pœna ſanguinis numer. 68. cum declaratione tamen, de qua numer. 69. & regula procedit coram iudice ſeculari non autem eccleſiaſtico num. 70. & coram ſeculari, quando aliter veritas haberi non poteſt numer. 71. & quomodo intelligitur quòd aliter veritas haberi non poſſit numer. 72. intelligitur tamen in regula, quando clericus examinatur ſuper delicto immediatè per laicum commiſſo, non ſi ſuper actu remoto à delicto num. 73. admittitur tamen ad defenſam, & pro parte rei ad innocentiam ipſius oſtendendam, non tamen quando haberet locum pœna talionis, ut ibi num. 74. Itẽ quando examinaretur ad repulſam teſtium examinatorum pro fiſco, ita tamen ut repulſa non concernat crimen, & infamiam ipſorum teſtiũ numer. 75. quando etiam in ſtrumentarij eſſent, & ageretur de reprobatione ipſius nu. 76. quæ omnia tamen intelliguntur, quãdo clerici deponunt cum licentia ſuorum prælatorum num. 83. ſi verò ſine licentia in caſu permiſſo examinentur, valet depoſitio ibi num. 84. non uidetur tamen neceſſaria licentia tempore peſtis, quando in eadem cauſa examinatur idẽ ſuperior, vel prælatus, qui alijs clericis examinandis licentiam impertitur; vel quãdo clericus, vel religioſus examinatur ſimul cũ ſuperiore numer. 15. poteſt tamen prẹlatus licentiam examinandi clericum dare iudici laico, vel coram ſe ipſo, aut alio eccleſiaſtico iudice examinare, vel examinari facere, & iudici laico poſtea examẽ tranſmittere ibi num. 86. nec licentia examinandi clericum præſumitur, ſed probanda eſt, ibi num. 87. Nec in caſu permiſſo poterit clericus cogi ad deponendum num. 88. nedum in criminalibus, ſed nec etiam in ciuilibus numer. 89. nec in criminali ciuiliter intenta num. 90. & minus ergo, quãdo agitur de pœna ſanguinis, num. 91. imò nec in crimine læſæ maieſtatis numer. 92. non procedit tamen regula, quando aliter veritas haberi non poteſt numer 93. & 94. & vbi agitur de pœna ſanguinis numer. 95. cum declaratione tamen, de qua numer. 96. dum tamen non cogatur à ſuo iudice, non autem ab alio num. 97.

47 Item adde, † ſi duo Clerici deponunt aliquem com miſiſſe delictum, & duo laici deponunt contrarium, laici clericis prẹferuntur fauore defenſionis, Foller. in pract. crimin. in verſ. recipiantur defenſiones num. 30.

48 Item adde, † vbi de crimine agitur ciuiliter, clericus poteſt eſſe teſtis contra laicum, nec ei noceret, ſi poſtea iudex illum ſanguine puuiret. Arch. in clem. teſtimonium de teſti. & Turrecremata in cap. teſtimonium. 11. q. 1. *Baiard.*

q *Communis opinio.*] Bonacoſſa libr. 1. uerbo teſtis clericus. *Roſ.*

r *Præterea quæro.*] Ad hoc uide Roland. à Valle conſ. 24. numer. 15. in 1. volum. Farin. quæſt 61. volum. 2. oppoſit. 13. num. 98. *Roſ*

49 *Præterea quæro, nunquid.*] Adde, quòd † laicus non admittitur in teſtem contra clericum in cauſa criminali ad pd-

namle.

quos refert, & atteſtatur hanc eſſe communem opi. Didac. in practica, q. 18. poſt num. 2. verſ. Secundo illud. Et quòd ſi agatur contra clericum criminaliter, non admittantur laici, nec bigami, nec mulieres, dicit eſſe communem opi. Oldr. conſil. 145. num. 3. Tu dic, quòd ſi laicus indiſtincte non admittitur in teſtem contra clericum in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, prout eſt communis opinio, vt atteſtatur Didac. in loco præallegato, & Viuius in lib. communium opi. verſic. teſtificari poſſunt, & Menchiaca lib. 3 de teſta. §. 22. numer. 73. vbi loquitur etiam in criminib. exceptis: certe illud, quod dicunt Doctores, vt repellatur ille, qui non poſſet propter aliquod corporis vitium eſſe clericus, videtur non ſatis bene poſſe procedere. Nam ſi intelligatur in laico, videtur ſuperfluum, ex quo indiſtincte repellitur, vt ſupra dixi: ſi vero intelligatur in iam clerico, qui tamen patiatur aliquẽ defectum, propter quem non poſſet de nouo promoueri, nõ videtur commuuis concluſio rationabilis, vt etiam ponderat Didac. ibi, num. 7. circa fin. Nihilominus in practica difficile eſſet contra communem opin. obtinere. Ceterum ſi clericus ſit accuſatus de crimime ciuiliter, vtique poteſt laicus contra ipſum teſtificari. Et ita concludunt Doctores omnes, vt atteſtatur Ferret. conſ. 183. poſt num. 5. ver. vltimo confirmatur.

11 *Quæro* ſ *etiam, nunquid pauperes admittantur ad teſtificandum in cauſa criminali. Reſpond. Taner. in cap. ſi quid, de teſtibus, dicit, quòd non. Et ita tenent communiter omnes Scribentes, vt ait Soc. reg. 289. pauper, quem refert Pract. Conradi, f. 107. num 8. Io. de Amicis conſ. 78, num. 9. quem refert Roland. conſ. 46. numer. 34. lib. 2. Hoc tamen intellige, vt procedat in paupere, & turpi perſona: ſecus autem ſi ſit perſona honeſtæ vitæ, & bonæ conditionis, & famæ, argumento eorum, quæ dixi ſupra, q. 14. verſ. ſed. hic etiam. Quis autem dicatur pauper, ſtandum eſt arbitrio iudicis, vt dixi ſupra lib. 2. §. pauper.*

12 *Quæro modo, nunquid in cauſis criminalibus affinis repellatur à teſtimonio. Reſpn. quòd ſic. Et ita communiter tenetur, vt dicit Corn. conſ. 272. in littera T. lib. 2. Hanc etiam atteſtatur eſſe communem opinion. Aret. in cap. cum oporteat, num. 11. de accuſat. Hoc etiam dicit eſſe certum, ſecundum omnem opin. ...*

nam probationem faciendam, ſecus tamen quoad indicium quia dictum laici facit indicium contra clericum ad torturam, & admittitur etiam laicus contra clericum ad brobandam famam, & ita limitat Marſil. ſing. 68. & Foller. in pract. crim. conon. 30. numer. 9. & Ruin. in conſ. 158. numer. 17. uolum. 5.

50 & quando laicus † poſſit admitti in teſtimonium contra clericum in cauſa criminali, latè Maſcard de probatio. concl. 962. uolum. 2.

Item adde, quòd lai-
51 cus † admittitur in teſtẽ contra clericum, quando aliter ueritas haberi non poteſt, ſecundum Abb. in cap. de cetero de teſti. ubi ponit alias limitationes, quẽ ſequitur Franc. Marc in deciſ. 776. num. 12. & ideò Abb. vbi dicit, quod ſi clericus commiſit delictum in loco, vbi nõ erat copia clericorum, quòd hoc caſu poterit conuinci per laicos, quem ſequitur Marſil. in ſua pract. crim. in §. diligenter numer. 81. & admittitur etiam quãdo delictum eſt notoriũ, Abb. in cap. cum dilecti de purg. cano. & Fab. de Monteleone in praxi arbitrar. par. 6. fol. 42b. numer. 7. *Baiar.*

ſ *Quæro etiam.*] Adde infra quæſt. 53. verſic. Quartus eſt caſus, & quã do quis pauper reputari poſſit, vide inter alios Alexan. conſ. 15. num. 2. vol. 3. *Drogh.*

Quæro etiam.] Farin. q. 97. num. 2. ubi etiam de uili, & de birouario. q. 56. artic. 11. num. 370. Vulpell. reſponſio. 125. num. 10. *Roſ.*

Quæro etiam, nunquid pauperes.) Adde viden-
52 dum † Menoch. de arbit. iudic. caſu 96. Couar. var. reſol. cap. 6. numer. 8. Addent. Bertaz. ad conſilio 3. in littera B. & Maſcar. de probat. concluſ. 1154. & 1155. volum. 3. in quibus locis latè habetur, quomodo probetur paupertas,
53 & quòd remittitur arbitrio iudicis, quando pauper † ſit in teſtimonium admittendus, & de hoc uide etiam Menoch. de arbitr. iudic. caſu 65. *Baiard.*

t *Quęro modo.*) Farinac. quæſt. 54. uol. 2. reg. 1. vbi late ſi autem leuis ſit affinitas, ſecus; Vulpell. reſponſ. 87. numero 5. *Roſ.*

Quæro modo, nunquid in cauſis criminalibus affinis repellatur.) Affines in criminalibus repelluntur, Farinac. quæſt. 54. numer. 1. & 2. cum diſtinctione, de qua ibi, numero 4. & 5. quod etiam procedit, ſi cauſa criminalis fuerit ciuiliter intentata numer. 6. diſtinctione, de qua ibi numero 7. 8. 9. cum ab aliquibus cenſitum fuerit contrarium, & adeò vera eſt ſententia, ut non admittantur: quòd, ſi admiſſi fuerint, non probant ibi numer. 10. nec cogi poſſunt ad teſtificandum numer. 13. & 14. & 15. niſi, quando aliter veritas haberi non poteſt, ibi numer. 18. qnod priuilegium competit tantummodo affinibus proximis, vt ibi numer. 19. cum pluribus ſeqq. poſſunt tamen uolentes admitti num. 16. niſi ſe offerant numer. 17. quæ affinitas etiam tranſuerſalis teſtem reppellit numer. 29. quicquid infra nu. 57. dicat Baiardus, cum ea loquantur in cauſa ciuili.

54 Adde, quòd ſoluta † affinitate quis non repellitur à teſtimonio, Bald. & Ang. in l. cui eorum, §. affinitates, ff. de poſtul. Lanfranc. donnn. in repet. cap. quoniam contra in uerb. teſtium depoſitione de probat. Marſil. in l. 1. §. idẽ Humnio. colum. 1. ff. de quæſt. Sed Tiraquell. in tract. ceſſ. cau. in 1. par. num. 26. dicit, quod licet uinculum affinitatis ſit ſolutum, nõ tamen diſſoluitur in totũ amoris uinculũ, licet per diſſolutionẽ diminuatur, & ideo relinquendũ eſſe arbitrio iudicis, quanta fides d. teſti ſit adhibenda.

55 Item adde † quod quãdo par eſſet affinitas inter accuſatum, & accuſantem, affines admitterentur, ut tradit Ang in l. aut affinitate, ff. de procur. &
56 quãdo plures affines † ſuper eodem facto deponerent, probarent, Grammat. conſ. ciuil. 66. col 7. Boſſ. iſi tit. de oppoſit. cõtra teſtes numer. 91. Gabriell. commun. concluſ. in tit. de teſt. concluſ. 14. numer. 3. & concluſ. 15. numer. 7. Gomeſ. tom. 3. cap. 13. rubr. de proban. delict. & Maſcard. de probat. concl. 26. numer. 4. concluſ. 68. numer. 7. & concluſ. 408. numer. 21.

¶ Farin. q. 54. num. 46. ſecus ſi eſſent in graduinæquali. num. 47. & vſq. ad quem gradum repellantur num. 49. & 50.

57 Item adde, quòd conſanguinitas † repellit teſtem, quando talis conſanguinitas eſt ex linea aſcendenti uel deſcendẽti, ſecus ex linea tranſuerſali, quia tunc probant ad. offenſam, vt per Grammat. in conſil 12. numer. 25. & deciſ. 34. numer. 20. ubi dicit, quòd ita obtinuit Marſil. ſingul. 133. Tamen Angel. in conſil. 194. colum 2. dicit, quod licet affinitas tranuerſalis non repellat, diminuitur tamen de fide, quem refert & ſequitur Boſſ. in titul. de oppoſit. contra teſt numer. 62. non
58 quando affinitas in linea collaterali eſt eius † fidem non imminuit, Iaſ. in l. admonendi numer. 180. de iureiur. Angel. in dict. conſil 194. Crauett. conſil 2. numer. 9. & Vulpell. in conſil. 87. numer. 3. ad prædicta, vide etiam Maſcard. de probat. concluſ. 98. & 904. & teſtes affines vſque ad quem gradum repellantur, Gabriel. commun. concluſ. titul. de teſt. concl. 13. numer. 8. cum ſeq. de quo vide etiam Maſcard. de probat. concluſ. 68. nu. 14. ſed aduertendum eſt, quod quando deponunt contra affinem, tunc probant, Rimin. iun. conſil. 61. num. 28. uolum. 1. Gabr. in tit. de teſt. concluſ. 14. numer. 11. & Maſcar. de probat. concluſ. 757. numer. 13. hæc procedunt in cauſa ciuili, ut diximus.

59 Item adde, quod † hæc concluſio, ut nullus affinis poſſit eſſe teſtis pro affine iniuriato, cum iniuria facta uni de domo uel de familia, cenſetur eſſe facta toti familiæ, & conſanguinitat

nitat